Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



135

CHIAL

ds. Quia effusum est es tuū. ⁊ reuelata ē ignominia tua in fornicatione tua. super amatores tuos ⁊ super omnia abhominationū tuarū ī sanguine filiorū tuorū quos dedisti eis. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commixta es. ⁊ omnes quos dilexisti cum omnibus quos odisti. Et congregabo eos super te undique. ⁊ nudabo ignominiam tuam coram eis. Et videbunt omnē turpitudinē tuam. ⁊ iudicabo te iudicijs adulterarū. effundentium sanguinem. Et dabo te in sanguinem furoris ⁊ zeli. ⁊ dabo te ī manus eorū. ⁊ destruent lupanar tuū. ⁊ demolientur pstibulū tuū. ⁊ denudabunt te vestimentis tuis. ⁊ auferent vasa decoris tui. ⁊ dimittent te nuda plenāq; ignominia. ⁊ adducet super te multitudinem ⁊ lapidabunt te lapidibus. ⁊ trucidabunt te gladijs suis. ⁊ vrent domos tuas igni. ⁊ facient iuste iudicia in oculis multorum. Et quiescere faciam te a fornicatione. ⁊ mercedem vltra non dabis. Et requiescet indignatio mea in te. ⁊ auferetur zelus meus a te. ⁊ quiescam. nec irascar amplius. eo quod non fueris recordata dierum adolescentie tue. ⁊ provocasti me in omnibus his. Quapter ego vias tuas in capite tuo dedi. ait dominus ds. ⁊ non fecisti scelus tuum ī omnibus abhominationibus tuis. Ecce omnis qui dicit vulgo proverbium vere assumet illud dicens. Sicut mater tua ⁊ filia eius. filia matris tue es tu. que proiecit virum suum ⁊ filios suos. Et soror sororis tue es tu. que proiecerunt viros suos ⁊ filios suos. Mater vestra cethea. et pater vester amorreus. ⁊ soror tua maior samaria. ipsa ⁊ filie eius que habitant ad sinistram tuam. Soror autem tua minor te que habitat a dextris tua sodoma ⁊ filie eius. Nec in viis earum ambulasti. neque secundum scelera earum fecisti. Paruullum minus pene pene scelerata fuisti illis in omnibus viis tuis. Vivo ego dicit dominus ds. quia non fecit sodoma soror tua ipsa. ⁊ filie eius. sicut fecisti tu ⁊ filie tue. Ecce hec fuit iniquitas sodome sororis tue. superbia. satietas panis. ⁊ habundantia. ⁊ otium ipsius ⁊ filiarum eius. ⁊ manum egeno ⁊ pauperi non porrigebant. ⁊ elevate sunt. ⁊ fecerunt abhominationes coram me. ⁊ abstuli eas sicut vidisti. Et samaria dimidium peccatorum meorum non peccauit. si multiplicasti scelera tua. ⁊ iustificasti sorores tuas in omnibus abhominationibus tuis quas operata es. Ergo ⁊ tu porta confusionem tuam. que iudicasti sorores tuas pecatis tuis. sceleratius agens ab eis. Iustificate eas sunt a te. Ergo ⁊ tu confundere. ⁊ porta ignominiam tuam. que iustificasti sorores tuas. Et videbitur eas subsistere sodoma cum filiabus suis. ⁊ samarie ⁊ filiabus eius. ⁊ subsistam subsistentiam tuam ī medio earum. ut portes ignominiam tuam. ⁊ confundaris in omnibus que fecisti consolans eas. Soror tua sodoma ⁊ filie eius revertentur ad antiquitatem suam. Et tu ⁊ filie tue revertemini ad antiquitatem vestram. Non fuit autem sodoma soror tua audita ī ore tuo ī die superbie tue. antequam revelaretur malitia tua. sicut hi tempore obprobrium filiarum syrie. ⁊ omnium circumdantium te filiarum palestinarum que ambiunt te. Scelus tuum ⁊ ignominia tua

tuorum

filiarum